



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XLVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

35 servare. in si. quia loquitur in rati habitatione, † quæ re non integra, & in præiudicium iuris alteri iā acquisiti nunquam retrahitur. Bart. in d. l. res aliena. ff. de pig. ad. Sed aliud est in conditione, quæ retrahitur etiam re non integra, & in præiudicium iuris alteri iam quæsit. d. l. potior. in princ. & in l. i. ff. qui pot. in pig. hab. l. ruti. ff. quæ res pig. oblig. poss. & habetur per Bar. in d. l. si is, qui pro emptore. Vel ultimo dici potest, quod decisio Sali. locum habet, quādo utrique, & sic duobus eadem res diuerso tempore saltem per generalem bonorum obligationem esset hypotheca, & ita ipse præsupponit. In casu autem nostro domus, de qua agitur, dumtaxat dicitur per Carolū do. Franciscæ hypothecata mediante generali hypotheca, & non do. Vrsolinæ per hypothecam generalem ipsi Bartholomæo factam, ut ex prædictis constat: ergo decisio illa nihil ad propositum nostrum facit. Ex quibus omnibus concludo secundam quoque sententiam ferendam esse ad fauorem dictæ do. Helenæ filiæ, & hæredis do. Franciscæ, sicuti prima lata fuit, cum ex prædictis de iustitia ipsius do. Helenæ satis manifeste appareat. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Vestes ad usum solum mulieris destinatae, & quibus uxor utitur in dubio ipsius uxoris esse præsumuntur.
- 2 Bona, quæ uxor possidet, & quibus ipsa utitur, an, & quando uxoris, & quando mariti esse in dubio præsumuntur.
- 3 Bona uxoris pro debito mariti capi, & pignori nequeunt, & an, & quando uxor illa esse sua probare debeat, & quando sua esse præsumuntur.
- 4 Vestes ad usum uxoris destinatae, & quibus illa utitur indute, & illata in rem conductam non dicuntur pro pensione tacite obligatae.
- 5 Maritus bona uxoris etiam expressè non potest obligare.
- 6 Pignoratio, & immissio, quæ sit pro executione, non potest fieri in rebus alterius, quam condemnati, siue sint alterius quoad proprietatem, & possessionem, siue quoad proprietatem tantum, siue quoad possessionem tantum.
- 7 Dotis non numerata exceptio, quando dos est confecta, potest opponi non solum à marito, & eius hæredibus, sed etiam à creditoribus.
- 8 Maxime, quando confessio dotis receptæ animo donandi uxori, uel in fraudem creditorum facta apparet.
- 9 Et quando ea amplius nec à marito, eiusque hæredibus, nec à creditoribus possit opponi.
- 10 Dotis receptæ confessio nec animo donandi, nec in fraudem creditorum in dubio facta præsumitur, nisi probetur, maxime quando facta esset ante, quam creditores crearentur.
- 11 Idem si post eam tempus decem, uel uiginti annorum fluxisset.
- 12 Dotis receptæ confessio, quando sub spe future numerationis tam respectu mariti, quam respectu creditorum facta non præsumatur.
- 13 In contractibus quo ad formam, & solemnitatem eorum, & quo ad modum illos sciendi attenditur consuetudo loci, in quo contractus celebratur, etiam si secundum illam consuetudinem nunquam fuerit iudicatum, & quomodo ea probetur.
- 14 Ad emphyteosim ecclesiæ, & ad feudum sœminæ regulariter non admittuntur, nisi contraria extaret loci consuetudo.
- 15 Dotis instrumentum non simpliciter confessionatum, sed potius quietationis, & liberationis promissionis dotis prius factæ dicitur, quando maritus sponte fuit contentus, & confessus se habuisse, & recepisse centum in dotem, & nomine dotis, pro quibus rogauit chartam liberationis uxori suæ, & omnibus alijs, qui aliquid pro dicta dote promississent.
- 16 Contentum se uocans non dicitur simpliciter fuisse confessus sub spe future numerationis, sed sibi fuisse solutum.
- 17 Obligatio, & promissio solutionem, ac liberationem præcedunt.
- 18 Dote confecta nec exceptionem non numeratæ dotis, nec quicquam aliud ad illius restitutionem impediendam opponi po-

test, quando promissio, & obligatio dotis illius confessione præcessisset.

19 Dos confecta præsumitur marito numerata, & assignata, quando post confessionem, & matrimonium contractum maritus diu uxori alimenta necessaria præstitit.

E P I T O M E.

VESTES ad usum uxoris destinatae, & quibus pro usu solo suæ personæ utebatur, à creditoribus riti pro illius debito non possunt capi, nec pignori. Mulier ex instrumento dotis confecta creditus mariti ratione hypothecæ præfertur, nec creditus creditoribus exceptio dotis non numeratæ nisi potest, quando à die contracti matrimonii, confessionis factæ non solum decem, sed etiam trienni effluerunt, uel quando est consuetudo in quod instrumenta dotum ita celebrantur, uel quod uerba instrumenti non solum confessionem, etiam quietationem, & liberationem continent, inferunt obligationem, & promissionem dotis confectæ.

CONSILIVM XLVII.



VIDENDVM est in præsentī causā de uerbis. Primum est, an uestes, quibus pro usu solo personæ suæ utebatur, pignori à creditoribus uiri pro debito mariti capi. Secundo, an mulieri in casu nostro curatur per instrumentum dotis confectæ, & sius creditores mariti, adeo, quod ipsa ratione hypothecæ creditoribus præferatur. Et abique mulier quio concludo circa primum, quod uestes ad mulieris destinatae non potuerint de iure pignori seu capi per creditores uiri, & consequenter facta capta fuerunt, ita de facto, & summam de restitui, & pignoratio reuocari: quoniam licet alibi sitque quæ uxor habet, propter præminentiā mariti sumantur, & censentur esse mariti, nisi mulier bauerit illa esse sua. l. si ego. §. dotis. ff. de iur. dot. l. pen. ff. de conditio. institu. in princ. in glo. fin. l. i. ff. famil. heretic. secundum Bal. in d. l. ob maritum. in uers. reuoco in dubium &c. facit etiam quod uoluit ipse Bal. in l. si uxorem. C. de con. inter. qui dixit, † quod si queratur, an bona, quæ uxor possidet, & quibus ipsa utitur, præsumantur esse uxoris, in indicio possessorio indistincte præsumuntur esse uxoris. l. si. C. quor. bon. sed in petitorio non an ipsa ante matrimonium uetustiorē possessionē habuerit, & præsumuntur uxoris, an uero recentior hæredē, præsumuntur esse ipsius mariti, uel ex parte ipse ipsius acquisita, si uero habeat controuersiam alio extraneo, tunc etiam in petitorio præsumuntur esse ipsius uxoris, ut in l. quintus. ff. de don. ant. ux. & not. in d. l. ob maritum, & per Accursium l. scripturæ. ff. de fide instrumen. Ex quibus de quibus cum controuersia sit non cum marito, sed eius hæredibus, sed cum alijs extraneis, hoc est creditoribus uiri, uestimenta ad usum uxoris destinata non potuerunt capi, nec pignori pro debito uiri, & pignoratio, seu immissio bonorum huiusmodi sicut de facto fuit facta, ita de facto, & summa est reuocanda, ut probatur in d. l. ob maritum, & casus, & ibi Bal. & quamuis ille tex. expocet debere probare bona esse sua, alioquin præsumuntur esse uiri, & præferantur uxori creditoribus uiri, & sic ueni, tñ ille loquitur, quādo maritus esset in possessione.

ne illorum bonorum, tunc enim præsumitur esse uiri, & non uxoris, nisi ipsa probauerit illa esse sua. Probat tamen ille tex. quod si probetur per uxorem illa esse sua, non possunt ob æs alienum mariti capi, nec in illis immisio fieri potest. Vnde cum in casu nostro bona præsumatur esse uxoris, tum quia hoc est speciale in uestimentis ad usum uxoris destinatis, ut supra, tum quia quando mulier habet cōtrouersiam cum extraneo, etiam alia bona, quæ ipsa possidet, præsumuntur esse ipsius, ut per Bald. in d. l. si uxorem. ergo pro debito mariti à creditoribus illius capi, & pignorari non poterunt. Et ad idem est tex. cum ibi not. in l. si quis post hac. in 1. responsio. C. de bon. proserip. æquiparando creditores fisco, ut sentiunt, & uolunt gl. & Doct. ibi, & est tex. not. in c. ex literis. de pigno. ubi pro debito mariti bona uxoris non possunt capi, nec pignorari. & not. per Alex. in l. si constanter. §. si maritus. ff. sol. mat. & in l. quinque. ff. de bon. damnato. Et quamuis inducta, & illata in re conductam pro pensione tacite dicantur obligata, etiam si sint aliena, & inscio domino etiam inducta fuerint, ut est tex. in l. certi iuris. C. loca. cū si ibi allegatis. tamen uestes ad usum uxoris destinate, & quibus uxor utitur, illata, & inductæ non dicuntur pro pensione obligata, ut not. uoluit Bal. in l. si aduersarius. per illū tex. C. ad uelleia. & huius ratio esse potest in primis, quia non est uerisimile, quod maritus uestimenta uxoris uoluerit obligare, ut in l. obligatione generali. ff. de pigno. & in l. i. C. quæ res pig. obli. possit. quia si ipse maritus bona uxoris, uel quæ uxoris præsumuntur esse, expressè uoluerit obligare, seu pignorare, non potuisset, ut per Alex. in d. l. si constanter. §. si maritus. & in d. c. ex literis. ibiq; Abb. & ceteri canonistæ. ¶ Præterea, & secundo pro pignoratione, ac immisio, quæ sit pro executione, nunquam fieri potest in rebus alterius, quàm condēnati, & hoc siue sint alterius quoad proprietatem, & possessionem, siue quoad proprietatem tantum, siue quoad possessionem ciuilem, & naturalem tantum, ut not. in l. a duo pio. §. si super rebus. ff. de re iudi. ita not. uoluit Bal. in d. l. ob maritorum. ibi not. quod sententia hæc. per illum tex. qui propriè loquitur de bonis uxoris respectu debiti mariti, & ita dicit tenere Bar. in d. §. si sup. rebus. Sed uestimenta destinata ad usum uxoris, & quibus ipsa utitur, dicuntur esse uxoris quoad possessionem, & præsumuntur illius quoad proprietatem, ergo pro executione sententiæ latæ pro maritum, & pro debito ipsius mariti non poterit immisio in illis bonis fieri, & facta summam erit reuocanda. d. l. si quis post hac. & d. l. ob maritorum. ¶ Tertio dato, sed non concessio, quod huiusmodi uestimenta præsumerent esse uiri, tñ adhuc dico, in illis non debuisse fieri immisio, quia saltem tacite, quinimmo expresse erant uxori hypothecata pro dote ipsius in casu restitutionis, & ideo debet relaxari, & restitui, uel dos integraliter pro creditoribus, ad quorum instantiam bona fuerunt pignolata, uxori solui, ut est bon. tex. & ibi lmo. & alij canonistæ in d. c. ex literis. & infra statim dicet. ¶ Quoad secundū cōcludo, quod in casu nostro uxor habet hypothecam expressam, & pñr pferenda est ipsius creditoribus in bonis pignoratis, qui teneant ad relationem uxori bona pignolata, quæ erant, & præsumebant esse mariti, uel ad soluendū illi integraliter dotes suas, ut dicitur in d. c. ex literis. ibiq; omnes, & maxime lmo. Nec obstat, quod de hypotheca non apparet, nisi per quoddam instrumentum confessionatum constante matrimonio, seu post pactum matrimonium confectum, ut clare colligitur ex tenore dicti instrumenti. Et hoc communis conclusio est gl. & Doct. in l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab. per illum tex. ut ibi per Bart. Jac. Butri. & per Bal. in l. generaliter. in 1. q. C. de non nu. pec. & per eundem Bal. & alios in l. i. ff. sol. mat. &

bonus est tex. in l. si cui. C. de non num. pec. & in l. si quis post hac. & ibi gl. C. de bonis proser. quod exceptio non nu. pec. uel dotis prodest nedum marito, & hære debet eius, sed etiam creditoribus, quoniam dotis confessio præsumitur semper facta sub spe futuræ numerationis. d. l. si cui. & ideo talis dos non gaudet privilegiis, & iuribus dotis. d. l. si quis post hac. & d. l. assiduis. Et tanto magis, si constaret, talem confessionem dotis receptam fuisse factam uxori animo donandi, quoniam talis confessio non præiudicaret creditoribus, & donatio esset nulla, ut in l. i. C. de dona. ant. nup. item & multo magis, si constaret, quod talis confessio facta constante matrimonio esset in fraudem creditorum facta, ut habetur in d. l. assiduis. & in d. l. si quis post hac. & plenè per legistas, maxime per do. meum Bar. Sozi. in d. l. i. circa secundam questionem dotis confessam. ff. sol. mat. ¶ Quoniam responderetur, quod ex quo à die contracti matrimonii, & confessionis factæ iam fuit elapsus necdum tempus decem annorum, sed etiam uiginti, ut colligitur ex ipso instrumento, amplius exceptio non numeratæ dotis non potest per ipsum maritum opponi, nec per hæredes, nec etiam per creditores ipsius, sed tale instrumentum habet easdem uires, quas haberet instrumentum numerationis dotis, adeo quod uigore hypothecæ expressæ factæ in eo mulier sit præferenda quibuscumque creditoribus habentibus etiam hypothecam posteriorem, ut uolunt not. Doct. Bar. & alij communiter in d. l. assiduis. & Alex. Aret. & alij in d. l. i. ff. sol. mat. & est tex. optimus. ibiq; Sali. & alij in auth. quod locum. C. de dot. cau. non num. & ita in terminis concludit Per. de Anch. in cons. 308. & expressè Io. de Imol. in d. c. ex literis. in 3. gl. extra de pign. quamuis do. meus Sozi. in d. l. i. respectu creditorum contrarium sentiat, sed in iudicando non est ab opinione tatorum uiuorum recedendum. Præterea cum ante, quod creati essent huiusmodi creditores, facta fuerit talis confessio, & consequenter donatio, ea debet ipsis creditoribus posterioribus nocere. arg. d. l. si quis post hac. æquiparando fiscum creditoribus, ut æquiparat ibi gl. communiter approbata. Et bene notandum est id, quod uolunt Doct. & præsertim Sozi. in d. l. i. dum dicunt, quod si constat confessionem dotis fuisse factam animo donandi, uel in fraudem creditorum &c. innuunt enim clare, & apertè, quod in dubio hoc non præsumitur, nisi probetur, & legitime constet: nam in dubio nunquam præsumi debet, quod quis uoluerit donare. I. cum de indebito. ff. de proba. nec in dubio actus censeri debet gestus sub imagine simulate donationis, nisi probetur, casus est not. in l. si sponsus. §. circa. ff. de dona. inter ui. & ux. & tradit do. meus Sozi. in d. l. i. in 1. q. dotis confessam. in 3. cōclusionem. Itē in dubio non debet præsumi, quod quis in fraudem creditorum fecerit, nisi probetur, quia fraus, & dolus regulariter in dubio non præsumitur, nisi probetur eo modo, quo probari potest, ut in l. dolum. C. de dolo. cum gl. cum si. Et præsertim quoniam confessio, & donatio facta uxori esset facta ante, quod crearentur creditores. arg. d. l. si quis post hac. in 2. responsio. Et tamen hoc est uerum, quoniam tempus decem, uel uiginti annorum effluxisset, ut est de mente Doctorum præallegatorum, qui uolunt, quod in hoc casu mulier ceteris creditoribus præferatur, & consequenter sentiunt, cessare fraudis præsumptionem, & non præsumi factam in fraudem creditorum, alioquin creditores excluderent uxorem, ut habetur in d. l. assiduis. & in d. l. si quis post hac. cū si. & probatur in d. l. si cui. iuncta d. auth. quod locum. Est tamen uerum, quod confessio dotis facta per maritum, in dubio præsumitur facta sub spe futuræ numerationis. ut in l. si. & in auth. quod locum. C. de dot. cau. non num. sed talis præsumptio etiam ad præiudiciū creditorum mariti tollitur, & cessat præsumptio re-

- poris decem, uel uiginti annorum, ut in d. auth. quod locum cum ibi not. p. gl. & doc. & per Pet. de Anch. in d. consil. cum similibus supra allegatis, iuncta d. l. si cui. ubi confessio etiam dotis presumitur facta sub spe futurae numerationis, & in hoc maritus, & creditores eius æquiparantur, sed propter fluxum temporis decē, & uiginti annorum cessat dicta presumpcio, ut in dicta authen. ergo dicitur cessare tam respectu creditorum, q̄ mariti. Præterea, ut probatum fuit, consuetudo est Venetiis, ubi instrumentum huiusmodi fuit celebratum, q̄ siue dos uerē numeretur, siue non, instrumenta dotium fiant sub simili tenore, & forma, quibus factum fuit hoc, de quo agitur, uidelicet q̄ maritus, uel sponsus dicat se contentum, & confessum &c. ergo attempta huiusmodi consuetudine loci non dicitur instrumentum simpliciter confessionatum, & ideo est exequendum. arg. not. per Bal. in rub. C. de priuilegiis.
- 13 dot. Nam in contractibus quoad formam, & solennitatem contractus, & quoad modum instrumentum conficiendi semper debet attendi consuetudo loci, in quo contractus celebratur, etiam si secundum illam consuetudinem nunquam fuerit iudicatum, dummodo probetur sic consuetum esse seruare, satisq̄ probatur, si aliud instrumentum sic fuisse factum ostendatur, ut est tex. not. & ibi Bart. expresse in l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. l. si fundus. ff. de iudi. l. qd si nolit. §. qui assiduus. ff. de ædili. edi. Bar. in l. cunctos populos. in versi. ibi & primo. C. de sum. trin. & fid. ca. thol. & facit etiam, quia licet regulariter ad emphytheosim ecclesiæ foemina non admittantur, tamē fallit, ubi in loco extaret consuetudo, lo. de Imo. in c. po. tuit. in finalib. uerb. extra de loca. Fel. in c. cum m. ubi etiam ad propositum multa cumulat, extra de const. Similiter, quamuis feudum sui natura non transeat ad foeminas, tamen fallit, ubi in loco extaret consuetudo, quia loci consuetudo esset seruanda, ut habetur in c. 1. per doct. de gradib. succede. in feud. & in c. 2. §. hoc quoq̄. qui feud. dar. poss. ¶ Ultimo respondeo, q̄
- 15 hoc instrumentum non dicitur esse simpliciter instrumentum dotis confessionatum, sed potius instrumentum quietationis, & liberationis promissionis dotis facta, ut clare sonant uerba instrumenti, quibus dicitur, q̄ Aloysius sponte fuit contentus, & confessus se in dotem, & dotis nomine habuisse, & recepisse ducentos &c. pro quibus rogauit chartā liberationis præfatā do. Barbara, & oībus alijs, q̄ aliquid promississent pro dicta dote &c. quæ omnia uerba demonstrat prius factā fuisse, & præcessisse obligationē & promissionem dotis, deinde præsens instrumentū factum fuisse pro quietatione, & liberatione dotis, nam q̄ dicit, & uocat se contentum, non dicitur simpliciter confessus sub spe futurae numerationis, sed sibi fuisse solum, uel satisfactum taliter, q̄ ex præcedenti obligatione non potest amplius aliquid exigere, ut est bonus tex. cum ibi not. in l. quoties. C. fami. hercif. in l. 1. §. 1. ff. de separatio. & in l. 1. ff. si pars hered. per. cum similibus. nota etiam illa uerba, q̄ rogauit chartā dotis, & liberationis &c. & illa uerba omnibus illis, qui aliquid promississent pro dicta dote &c. ex quibus aperte demonstratur prius factā fuisse promissionem dotis, & postea factum fuisse præsens instrumentum pro quietatione, & liberatione dotis, quoniam obligatio, & promissio debet solutionem, & liberationē. præcedere, ut Insti. qui. mo. toll. obl. p. totum, & p. totum ff. & C. de solu. & libera. & glo. in rub. ff. de solut. quibus stantibus mō succedit notabilis doctrina scribentū cōiter approbata, q̄ licet ex instrumento confessionato dotis non possit per mulierē fieri exactio dotis. nec ex eo cōpetāt mulieri priuilegia dotis. nec hypotheca iuxta tex. in d. l. assiduus. cū si. supra alleg.

- 18 tamen fallit, quando ante confessionem dotis præcessisset obligatio, & promissio dotis, nā tunc potest contra talē dotis receptā confessionem non exceptione non numeratæ dotis, nec aliud ad faciendam restitutionem dotis, ut est tex. in l. tractibus. §. & quoniam. C. de nō num. pec. ubi & ibi Doct. & hoc uoluit Paul. de Cast. in d. l. matr. & Io. And. in addit. ad Spec. in rub. de dote. rer. uir. & ux. Roma. in l. si constante. in princ. matr. & in l. si uerō. §. de uiro. in 3. fallen. co. tit. consil. 447. incip. consultatio præsens &c. hoc casu uerisimile est, quod marito dos fuerit uerata, ut uoluit Cy. per illum text. in d. l. in contractibus. §. sed quoniam. & est tex. cum gl. in l. exigere iudi. & dicit Sozi. in d. l. 1. in 2. q. dotis confessatæ limit. quod in iudicando, & consulendo ab hac ratione nō est recedendum, quamuis illa in pūctis ris fortē posset morderi. Posset etiam dici, q̄ quo marito diu, & longo tempore post confessionem factam, & post æctum matrimonium præstitum alimenta necessaria, ex hoc præsumi debet, dotē fuisse numeratā, & actualiter datā. arg. tex. in l. tra. C. de non num. pec. & facit bonus tex. in l. uelleia. ubi mariti solent uxores expellere, & illa menta denegare propter dotē promissam, & conluta, ergo mariti retinendo uxores, & illis necessaria alimenta subministrando præsumuntur dotē pisse, stante confessione sua de dote recepta, & in luit Bal. not. in rub. C. de priuilegiis. dot. & dicit Sozi. in d. l. 1. in 1. q. dotis confessatæ. in 5. limitat. secundum hanc opinionem alias uidet consilium doctissimos uiros, licet illa apud eum sit satis dubia. Verum qm̄ hec opinio uidetur communis, ideo hoc aliter non insisto, sed ex predictis omnibus ad fauorē do. Barbara contra creditores Aloysii mariti de iure concludendum esse. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Obligatio mulieris pro dote filie sue facta ualeat. Et quando hoc sit uerum. num. 10.
- 2 Mulier fideiubens pro alio principali debitore ex causa dotali obligatur, nec senatusconsulto Velleiano iuratur. Quod limitatur num. 5. & 11.
- 3 Idem, si pro alio fideiubens certiorata renunciet beneficio Velleiani. num. 14.
- 4 Idem, si cum iuramento pro alio fideiubeat. Quod limitatur num. 13.
- 5 Mulier pro marito principaliter obligata etiam ex causa dotali que publicam utilitatem contineret, fideiubens non obligatur efficaciter. Nec etiam naturaliter. num. 12.
- 6 Nec etiam si iurasset. num. 13.
- 7 Mulier intercedens pro dote, si ipsa ex hoc remaneret obligata efficaciter non obligatur.
- 8 Mulier instantia, & mandatis mariti pro ipso ad illius uxorem intercedens ob metum mariti reuerentialem intercedere presumitur, & ideo efficaciter non obligatur.
- 9 Minor metus in muliere, quam in masculo sufficit. Et a muliere ei non nocet, quando ea enormissimè ledetur. maritus alia bona non haberet, super quibus ius hypothecæ haberet, & ex quibus de dotibus suis sibi satisfieri posset.
- 10 L. si dotare. C. ad uelleia. declaratur.
- 12 Iuramento firmari non possunt ea, quæ propter fauorem publicum impediuntur.

E P I T O M E.

OBLIGATIONEM, & promissionē fideiussionis in instantia, & mādatis mariti a muliere pro ipso principaliter obligata ēt ex cā dotis cū iurō factā cū renunciatione iurii sue hypothecæ, & bñdici